

QVÆSTIO XIII.

Plures eundem, vel vnus plures an accusare possit.

S Y M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Plures an possint in eodem libello accusare eundem.
2 Et an plures possint simul accusari.

ADDITIONES, Ad Quæst. XIII.

Et in primis, quero nunquid plures possint. Adde infra, quæst. 15. verlic. fin. mandans...

Et in primis quero. Adde videndum Decianum in tractatu crim. tomo 1. libro 3. cap. 3. ubi latè, pluribus accusatoribus concurrentibus...

Quero nunc è conuerso. Quod plures possint in vno libello accusari, & quando dixi in priuicip. præced. cap. Baiard.

ut attestatur Hieron. in Apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam, num 65. sed hoc vltimum, vt scilicet quando plures, qui non persequuntur suam, vel suorum iniuriam volunt accusare, debeat iudex vnum eligere...

QVÆST. XIII.



Idem est, de Accusatione, & Forma Libelli Accusatorij, nunc successiue videndum, est, an in eodem libello plures accusare, vel accusari possint...

- 3 Et an vnus possit accusari de pluribus criminibus simul.
4 Et an vnus possit de pluribus criminibus separatim accusari.
5 Et an super sedendum sit in vno, donec super alio cognitiu sit.

Ex Additionibus.

- 1 Mandans, & mandatarius etiam diuersis libellis accusati eadem sententia puniri poterunt.
2 Accusatoribus concurrentibus, quis sit preferendus, remissiuè.
3 Accusatus quando possit pendente accusatione de eodem delicto ab alijs accusari, remissiuè.

Innoc. in d. cap. olim, num. 5. quem sequuntur communiter DD. vt attestatur Imola in d.c. olim, in fin. prout illi refert Anan. in cap. 1. post num. 3. vers. quid autem si plures...

Quero nunc è conuerso, nunquid possint plures simul accusari. Respon. quod regulariter quis non potest duos, seu plures in eodem libello accusare, etiam si suam, vel suorum iniuriam persequatur...

Sed nunquid potest accusator de pluribus criminibus in eodem libello accusationem proponere? Respon. Aut accusat vnum tantum; & potest contra multa crimina in eodem libello deducere...

Item quero, nunquid possit quis de pluribus criminibus separatim accusari. Respon. quod sic, non modo si talia crimina ex pluribus factis resultent, sed etiam si ex eodè facto oriantur plura crimina...



QVÆSTIO XIV.

Quæ personæ accusare possint, vel non.

S Y M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Accusare qui possint, vel non.
2 Et quid si suam, vel suorum iniuriam prosequantur.
3 Et an clericus possit accusare.
4 Et an miles.
5 Et an filius familias.
6 Et an pupillus.
7 Et an minor.
8 Et an mulier.
9 Et an criminosus.
10 Et an constitutos in peccato mortali.
11 Et an infamis.
12 Et an accusatus.
13 Et quando dicatur nomen accusati receptum inter eos.
14 Et an absolutus de crimine.
15 Et an condemnatus de crimine.
16 Et an excommunicatus.
17 Et an inimicus.
18 Et quæ dicatur capitalis inimicitia.
19 Et an pauper.
20 Et quis dicatur pauper.
21 Et an laicus possit accusare clericum.
22 Et an patronus clericum in suo beneficio institutum.
23 Et an vasallus dominum.
24 Et an syndicus vniuersitatis.
25 Et an compater, vel filius spiritualis possit accusare de morte compatris.
26 Et an filij illegitimi de morte eorum parentum.
27 Et an spurij.
28 Et an spurij possint accusare de morte matrum.

Ex Additionibus.

- 1 Accusatoris, & accusati legitimatio an in primis discutenda sit.
2 Exceptio excommunicationis, vel falsi procuratoris etiam post litem contestatam opponi potest.
3 Statutū, quod quilibet accusare possit, intelligitur de habili.
4 Accusare quando possit consanguineus.
5 Accusatio iniurie propria, vel suorum diuersè proponitur.
6 Pater an repellatur ab accusando iniuriam filij, vbi filius repelleretur.
7 Pater potest prosequi mortem filij naturalis nō vulgo quæstio

ADDITIONES, Ad Quæst. XIV.

Nunc videamus. Penè Farinac. de accus. q. 12. uo. 1. ubi etiam enumerat casus plures, in quibus quis ab accusando repellitur. Hof.

Nunc videamus. Adde, quod in primis, & ante omnia discutendum est de legitimatione personarum tam ꝑ accusatoris, quam accusati; siue velit accusare nomine proprio siue alieno, nisi in exceptione excommunicationis quæ licet sit dilatoria, tamen de ea etiam post litem contestatam proponi, & cognosci potest propter periculum animæ...

In suis rubricis. Et vide præcipue per Bonifacium de

- 8 Socius potest accusare de morte socij.
9 Coniunctus vt accusare possit, arbitrio iudicis definitur.
10 Amicus suorum appellatione continetur.
11 Accusare an possit amicus.
12 Suorum iniuriam prosequens non agit ad penam conuentionalem.
13 Coniuncti quando ad accusandum admittantur.
14 Et inter eos datur ordo prelationis.
15 Et pluribus concurrentibus, quis sint preferendi, remissiuè.
16 Accusatore mortuo, vel impedito quomodo alter admittatur.
17 Clericus an possit accusare, nu. 19. 20. & 21.
18 Et an possit excipiendo crimen opponere.
19 Accusare an possit miles nostri temporis.
20 Et an filius familias.
21 Et quid in statu Ecclesiastico, vel in Regno Neap.
22 Et an m. nor.
23 Et quid in statu Ecclesiastico.
24 Et an mulier, vel vxor, aut sponsa.
25 Et quid in Regno Neapol.
26 Et an criminosus.
27 Et an infamis, & in quibus casibus.
28 Et qua dicatur infamia iuris, aut facti, vel canonica, remissiuè.
29 Et quomodo costet de infamia facti, vt quis repellatur ab accusando, remissiuè.
30 Et an Beroarij accusare possint.
31 Et an Iudæi, vel hæretici remissiuè.
32 Et an accusatus.
33 Et quid in Regno Neap.
34 Inquisitio ex officio tollit omnes difficultates.
35 Et an excommunicatus.
36 Et quid si non fuerit oppositum de excommunicatione.
37 Et an inimicus.
38 Inimicum potest accusare etiam in casu verito, si cum reo se carcere constituat.
39 Et an pauper.
40 Et quis dicatur pauper, remissiuè.
41 Et an laicus possit accusare clericum.
42 Et an parentes filios, frater sororem, affinis affinem, vel econtra, remissiuè.
43 Et an alieno liceat accusare, remissiuè, nu. 47.
44 Et in Regno Neap. mulieres coniugatæ, & vniuersitates per procuratorem accusare possunt.
45 Et an Syndicus vniuersitatis ad vnicam tantum causam possit accusare.
46 Et vniuersitas potest agere pro iniuria facta vni de vniuersitate.
47 Et Commater potest accusare de morte Compatris.
48 Et filia Sacerdotis de morte patris.

Vitalinis, titul. qui accus. non poss. qui in fine duas ponit fallentias, & quoniam secunda est de criminibus exceptis, idè etiam ibidem; vide quæ sint crimina excepta. Giacharicus.

In primis igitur. Adde, quod si statutum dicat, quod quilibet possit accusare de tali crimine, restringitur ad habilem, Paulus de Castro in lege secunda, §. Prætor, numero quinto, ff. qui fatid. cogantur.

Adde, quod consanguineus potest accusare, quando suorum pro-

sequitur iniuriam criminaliter non autem ciuilitè, Follerius in Practica Criminali, in uerbo, Audiantur exceptiones, numero quinquagesimo quinto.

Item adde, quod quando quis suam propriam iniuriam prosequitur, potest accusare de quacunque iniuria, sed prosequendo offensam suorum accusat, cum mortem duntaxat

xat propinquorum u indicat, dicit. l. hi tamen, ff. de accusat. in princ. & ita tenet Decian. in tract. crimin. tomo 1. lib. 3. cap. 5. num. 6.

Item adde, quod si pater querela uide de iniuria facta filio, vel filius repelleretur, repellitur etiam pater, si autem ex forma querela apparet eum accusasse de iniuria facta filio patri, per personam filij, tunc non repelleretur. Foller. in pract. crimin. ver. bannirentur, numero 58.

Item adde, quod pater potest prosequi mortem sui filij naturalis, id est ex concubina retenta in domo, secus in vulgo quaestis, Bald. in l. 1. num. 33. C. qui accus. non poss. & Decian. in tractatu crim. tomo 1. libro 3. capit. 5. num. 12.

Item adde, quod socius poterit accusare de morte socij in mercatura, vel in aliquo artificio, Masuer. in pract. crimin. tit. de expen. inter. ff. de damn. fol. 107. columna secunda, versic. Item per homicidium.

Item adde, quod remittitur arbitrio iudicis, quae dicatur persona coniuncta, ut accusare possit, secundum Menoch. de arbit. cas. 146. nu. 8.

Item adde, quod appellatione suorum continentur amicus, singulari amicitia coniunctus, ut tenuit Bald. in l. 1. nu. 33. C. qui accus. licet fateatur hoc non ex proprietate sermonis, sed fide: & quod amicus accusare possit, tenet Decian. in tractatu crim. tomo 1. libro 3. cap. 5. numero 13. cum sequi, quod forsitan intelligendum est, quando non extant con sanguinei.

Sed vide Plaz. epit. delic. libro primo, capitulo 43.

Item adde, quod quod suorum iniuriam prosequitur, non potest agere ad poenam conventionalem, §. Grylogonus, ff. de verborum obligation. Gram. conf. 12. num. 27. & Menoch. de arbit. cas. 262. num. 4.

Item adde, quod nunquam possunt coniuncti

ter omnibus illis permixtum est accusare, qui expresse prohibiti non reperiuntur, tex. est in l. qui accusare, ff. de accus. Et in hac regulam ponunt communiter Doct. te. ste Ant. Gomes. c. 1. delict. num. 31. Sunt autem aliqua causa, propter quas multa persona ab accusando repelluntur, scilicet aut propter dignitatem, ut clericus, & miles: aut propter defectum concernentem statum personae, puta, filius familias, vel seruus: aut propter defectum aetatis, ut pupillus, & minor: aut propter imbecillitatem sexus, ut mulier: aut propter indignitatem personae, ut criminofus, infamis, damnatus, excommunicatus, & huiusmodi: aut propter defectum fidei, quia scilicet de eo plene non confidit, ut inimicus, & pauper. Aliquando etiam repellitur quis ab accusando propter reuerentiam, ad quam obligatur versus eum, quem accusare intendit, puta, si seruus, aut libertus, aut vassallus, velint accusare dominos suos, vel si laicus velit accusare clericum. Repellitur etiam quandoque propter amorem, ad quem obligatur, puta, maritus versus uxorem, aut frater versus fratrem, de quibus omnibus videamus.

Scias tamen, quod huiusmodi quaestiones raro in practica occurrunt, quia ut saepius dixi, ex generali consuetudine in omnibus fere casibus hodie per inquisitionem, siue ex officio proceditur, etiam si nemo accuset. Et ideo iudices nunquam reijciunt querelam ab alio porrectam propter aliquam ex praedictis causis, ex quo ipsi etiam sine querela partis possent ex officio procedere. Quinimodò, talis querela aperit viam assumendi informationes, & inquirendi super illo delicto, etiamsi sit porrecta ab eo, qui de iure accusare non potest, ut quotidie videmus in practica obseruari.

Benè verum est, quod in locis, in quibus seruatur ius commune,

posset haec quaestiones esse valde utiles. Pariter etiam in locis, in quibus non possunt iudices super omnibus delictis ex officio procedere, prodesset in illis casibus, in quibus non posset procedi nisi ad querelam partis, quae hodie succedit loco accusationis, ut dixi supra q. 10. versicul. scias autem.

Volo etiam, ut praesupponas vnum pro absoluto in hac materia, quod scilicet omnes illi, qui regulariter a iure prohibiti sunt accusare, admittuntur nihilominus indistinctè ad accusandum, si suam, vel suorum iniuriam persequantur l. hi tamen omnes, ff. de accus. Et est communis Theorica Doctorum, ut attestatur Villalpand. super l. 22. capit. 50. post numer. 4. magis enim fauendum est ijs, qui propriam iniuriam persequuntur, Appellatione autem suorum in hoc proposito qui veniant, non est a iure determinatum, & Doct. multum variè loquuntur prout refert Anton. Gomes. in cap. 1. delictor. numer. 33. vbi recenset quatuor opinion. & tandem, quod vera & communis opinio est, quod ille dicitur accusado persequi suorum iniuriam, quando non cogitur contra eum, cuius iniuriam prosequitur, inuitus dicere testi monium. Tu verò dic, quod in hoc proposito appellatione suorum veniunt parentes, & descendentes unnes: item patroni, & patronae, & eorum liberi, frater, soror, vxor, socer, socrus, gener, nurus, vitricus, nouerca, & priuignus. Et in hoc residet cum effectu Abbas in capit. de cetero, numer. 7. de testibus, cuius opinio. dicit esse communem Felyn. in cap. cum dilect. numero 9. de accusat. quem refert Maranta in suo Specul. fol. 84. numer. 62. & Caranita super 192. ritu magna curia, numer. 2. Quod bene nota.

Dixi in primis, quod aliqui propter dignitatem prohibentur accusare. Quaro, nunquid clericus possit accusare. Respond. quod sic dummodò ex eo crimine, de quo alium accusare intendit, non

accusare, nisi prius videatur, an principalis offensus velit accusare, l. Senatus secundum vnum intellectum, & ibi Bald. in princ. C. de his, qui accus. non poss. & inter conuictos est ordo prolationis ex gradu, charitate, dignitate, aetate, & sexu, Bald. in l. prius, C. eodem tit. Et qui sunt praefertendi, quando plures concurrunt, vide omnino Gomes. de delict. c. 1. nu. 35. vers. si vero plures, & ibi nu. seq. habetur, quomodo do, & infra quantum tempus, si accusator moriatur, uel aliàs impeditus, alius admittatur. Baiard. d. ut mulier.) Quod de uxore, an possit nomine suo accusare occisorè mariti sui, vide per Boer. decif. 233. ubi decidit post se. Giac.

Aut frater versus fratrem.) De fratre, & sorore, vide l. fin. magnam, & l. si sororem, C. qui accusare non possunt, iuncta l. laui, ff. de accus. cum his, quae scribit Nat. cof. 466. num. 11. Ross.

Volo etiam.) Ad haec uide Farin. ubi sup. num. 57. Ross.

Tu verò dic.) Appellatione suorum, qui veniant, uide Iaf. in §. aequo, n. 43. Instit. de act. Crau. consil. 22. & in hoc proposito prosequendi iniuriam, conf. 119. per totum. Drogh.

Tu verò dic.) Idem Farin. nu. 58. Ross.

Dixi in primis.) Fatin. d. loc. nu. 12. Ross.

Dixi in primis.) Adde uidentium D. Farinac. in dicta quaestio 12. numero 12. ubi concludit clericum non posse accusare, nisi prosequendo suam propriam offensam, vel Ecclesiae, ubi tamen poena sanguinis non ueniret imponenda.

Item adde, quod clericus per uiam exceptionis crimen opponere potest, etiamsi pro eo poena sanguinis ueniret imponenda, ut tenent omnes in capit. super his, de accusat.

Item adde, quod Clericus accusare potest, si ciuilitè ageretur, quia cessat ratio poenae sanguinis; Nam potest in

teresse

teresse suum prosequi ciuilitè, quo casu licet uideretur iudici imponere poenam sanguinis, tamen nihil imputandum esset clerico accusanti, c. 2. de homicid. Et ad supradict. vide Decian. in tract. crim. tom. 1. cap. 10. lib. 3.

Item adde, quod clericus regulariter clericum accusare potest, c. ex parte, c. licet, & c. ueniens, de accus. & late per Decian. in d. tract. crim. c. 10. nu. 17. cum seq. lib. 3. vbi ponit duas limitationes. Baiard.

Benè verum est.] Adde, quod idem est, etiam si postea poena sanguinis esset commissa, & incuisset pro certo clericus, eam poenam imponi debere, & accusatum esse mortuum, quia nullam irregularitatem incurrit, si tunc d. protestatione, Foller. in pract. crim. canon. c. 4. num. 38. fol. 47. Baiard.

Sed quid si clericus.] Ibi affirmat, quod clericus efficitur irregularis, si patiatur quis ex accusatione sua poenam sanguinis; de qua tamen materia vide latius per Fel. in c. 1. de offic. deleg. & ibi Doct. omnes. Drogh.

Sed quid si clericus.] Vide omnino text. qui tollit omnem dubium in c. 2. de homicid. in 6. Giac.

Sed hodie.] Adde, quod secus esset in militibus etiam nostri temporis, qui essent in castris, quia in eis militat eadè ratio, nè delectant militat in disciplina; ita tradit Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 3. c. 16. nu. 7. in quo capitulo late, quando milites accusare possunt. Baiard. in seruo.] Far. nu. 60. Ros.

Sed quid in filio familias.] Adde uidentium Decian. in tract. crim. to. 1. lib. 3. c. 9. vbi late, quando filiusfamilij. possit accusare, vel non, & quando patris consensus requiratur; vide etiam Farin. q. 12. nu. 10. vbi vna cum D. Claro attestatur, se nunquam uidisse in practica dubitari in causis criminalibus, an filiusfamilij. agendo, siue defendendo possit stare in iudicio sine consensu patris; sed quod sem-

ingeratur poena sanguinis nam eo casu si accuset, efficitur irregularis, text. est in c. postul. de homicid. & est omnium communis sententia, ut ait Didac. in clem. si sirosus de homicid. fol. 31. ver. Tertio eodem. Bene verum est, quod si clericus in actu ipsius accusationis protestetur, & non intendit agere ad vindictam corporalem, ut dixi infra lib. 7. §. irregularitas. Et hanc cautelam uidi saepissime in pract. obseruari. Vide tamen, quae dixi infra q. 24. ver. Sed quid si clericus.

Quero etiam, nunquid miles, possit accusare. Resp. de iure communi milites prohibentur accusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequantur, tex. est in l. non prohibentur, & in l. qui de crimine. C. de accus. debent enim milites curare ea, quae admilitiam pertinent, non autem se criminalibus litibus immiscere. Tu verò dic, quod hoc forte poterat locum habere in militibus antiqui temporis, de quibus dixi supra lib. 2. §. Miles. Sed hodie milites nostri temporis indistinctè admittuntur ad accusandum. Et ita communiter concludunt Doctores omnes, ut dicit Nouel. in tract. ad defensionem, fol. 73. num. 32.

Dixi etiam, quod propter defectum concernentem statum personae aliqui prohibentur accusare. Exemplum in seruo, & statu libero, qui alios accusare non possunt, praterquam in nonnullis casibus exceptis.

Sed quid in filiofamilij. ? Respon. si accedat consensus patris, nulli dubium est, quod poterit accusare. Punctus est, an possit accusare sine consensu patris. Et in hoc glo. in l. fin. §. necessitatem, in gloss. magna, in verbo, imponenda, C. de bon. qua liberis, tenuit quod non. Et ita magis communiter teneri attestatur pract. Carer. fol. 617. post. n. 108. Sed certe quicquid dicat Carer. illa glo. communiter approbatur, ut dicit Car. Alex. in cap. accus. colum. 9.

Idem secundum aliquos, 2. q. 8. Hier. pest. Angel. de malef. in verbo, Et ad querelam, post nu. 81. Dicit etiam Pra. Papien. in forma inquisitionis, in verbo, Contra & aduersus, num. 3. quod istud, quod filius suus non possit in iudicio criminali esse siue consensu patris, male per iudices obseruatur. Et ita videmus quotidie contrarium seruari, quod scilicet non requiratur consensus patris, siue filiusfamilij. accuset, siue accusetur de publico crimine, & fuit opin. Bartol. in l. inter liberos, §. 1. ff. de adult. quem dicit esse communem Hieron. in loco pra allega. Subdens non esse in iudicando ab ea recedendum: quod refert Caranita super 201. ritu magna curia, num. 5. Hoc idem attestatur Ant. de Tremo. in addit. ad bona cap. in pra. exceptionum in rub. quibus modis suo no. am. num. 13. prout illum refert Villalobus in sua collecta communium opi. in littera F. nu. 133. Et dicit Aret. in consil. 38. in primis uerbis, quod ista est communis omnium sententia, quod in criminalibus, maxime ubi filius se defendit, non requiritur patris consensus. Ego certe nunquam uidi in practica dubitari, in causis criminalibus, an filiusfamilij. siue agendo, siue defendendo possit stare in iudicio sine consensu patris: sed semper uidi procedi, siue ageretur de crimine publico, siue de crimine priuato. Et ideo putarem minime mutanda esse, & c. Et licet Alb. in l. pen. §. ad crimen, num. 15. ff. de publ. iudic. dicat, quod aduocati communiter ad tollendum omnem dubium faciunt interuenire patris consensum: ego tamen uidi saepe contrarium obseruari: nihilominus abundans cautela non nocet.

Dicebam etiam, quod propter defectum aetatis, nonnulli ab accusando repelluntur, prout est pupillus, qui non admittitur ad accusandum, nisi sua, vel suorum iniuriam prosequatur. l. 2. §. Pupillus, ubi Doctores, ff. de accus. Et est com. opi. ut ait Hier. in d. verb. Et ad querelam, post n. 29.

Sed quid in maiore 14. anno. minore autem 25. ? Respon. si est minor 20. ann. adhuc repellitur ab accusando: & ita uidentur concludere communiter Doctores, ut di-

per uide sine dicto consensu procedi, siue de publico, siue de priuato crimine ageretur, prout ego quoque uidi praticari. Baiard.

Consensu patris.] Farin. ubi sup. nu. 10. Ros.

Ego certe nunquam uidi in practica dubitari.] Adde, quod in statu Ecclesiastico fuit expresse prouisum per constitutio. March. cap. 17. libro quarto, quod filiusfamilij. possit accusare, denunciare, & se defendere sine consensu patris, siue curatori auctoritate, si multum urgentia praecedat indicia contra ipsum, & quod habeat legitimam personam standi in iudicio in criminalibus, tam in primis causis, quam in causis appellationum, & in Regno Neapol. fuit prouisum per ritum 201. & 161. Caranita. quod filiusfamilij. non admittatur ad denunciandum, nisi se obliget ad certam poenam de probando ipsam denunciationem, & non concordando cum denunciato, sine licentia Curiae, cui obligatio patet consentiar, uel nisi consentiat Curiae, quod habeat de alijs bonis, de quibus possit solui dicta poena; quae poena per defectum iuriam recessit ab aula, ut ait Grammat. decisio. ne trigefimanona, in fine Baiard.

Dicebam etiam.) Farinacius numero decimoquinto. Ros.

Sed quid in maiore.] Farin. d. loco. Ros.

Sed quid in maiore 14.) Adde, quod in hac Quaestione, quatuor sunt opiniones: & ista est magis communis, quod maior uiginti annis, indistinctè in omnibus criminalibus, etiam quo ad suam, uel suorum iniuriam non prosequatur accusa-